Nr. 1548.

CURRENDA V. VI.

A. D. 1873.

L. pr. 57.

List Jego Świątobliwości Ojca Św. Piusa IX. do Jego Excellencyi Najprzewielebniejszego Arcypasterza Ks. Józefa Alojzego, Biskupa w Tarnowie.

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Excepimus, Venerabilis Frater, collatitiam populi tui stipem, qua non modo uti subsidio a divina providentia submisso inopiae Nostrae delectati sumus, sed praesertim uti testimonio devotionis et affectus tui et istius populi erga Sanctam hanc Sedem: nihil enim jucundius unitatis catholicae conspectu Nos recreat in hac tam acerba, pertinaci, et universali Ecclesiae insectatione. Significa igitur, Venerabilis Frater, gregi tuo gratos animi Nostri sensus propensissimamque in eum voluntatem; tu vero horum pignus et omnium caelestium munerum, quae tibi adprecamur, auspicem excipe Benedictionem Apostolicam, quam tibi, Venerabilis Frater, universoque Clero et populo tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum „die 3 Martii“ anno 1873.
Pontificatus Nostri Anno Vicesimo septimo.

Pius PP. IX. m. p.

L. 745.

List Jego Excellencyi Nuncyusza Apostolskiego w Wiedniu, z oświadczeniem, że świętopietrze w Dyecezyi Tarnowskiéj w roku 1872. zebrane na miejsce przeznaczenia odeszło w raz z podziękowaniem za tak hojne pobożne datki.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Honori mihi duco certiorem reddendi Dominationem Vestram Illmam ac Rmam, una cum humanissimis Suis litteris die 30. Januarii sub N. 459. datis rite me accepisse 2000. florenos in banconotis V. A. 150 francos in auro 1 thalerum et unum rublum in charta, quam peccuniae summam fideles Suae dioecesis in subsidium Sanctissimi Patris pientissime contulerunt.

Pergratum mihi erit officium curandi, ut hae piae oblationes una cum litteris a Dominatione Vestra, Illma, ac Rma Suae Sanctitati inscriptis quam primum ad suam destinationem promoveantur.

Interim Dominationi Vestrae Illmae ac Rmae et omnibus piis oblationibus gratias quam maximas nomine Sanctissimi Patris rependo pro hoc novo filialis pietatis et inconcussae adhaesionis argumento quo Ipsa et fideles pastorali Suae curae concrediti Christi in terris Vicarium prosequuntur.

Lubenter hac occasione utor, ut Dominationi Vestrae Illmae ac Rmae sensus peculiaris meae observantiae et intimae venerationis denuo profitear, quibuscum parmaneo.

Viennae die 7. Februarii 1873.

Dominationis Vestrae Illmae ac Rmae

Uti Frater Addictissimus M. Archiep. Athen. Nuntius Apostolicus.

Hac occasione non possumus non denuo Vos, Fratres in Christo dilecti! excitare, quatenus in hac erga afflictissimum S. Patrem pietate et devotione ultro constantes perseveretis, et pias collectas inter populum Vobis concreditum pro posse — pro Eodem faciatis, e proprio marsupio etiam aliquid addendo.

Tarnoviae die 18. Februarii 1873.

Illme ac Rme Praesul.

Notum est Excellentiae Tuae Rmae S^am^ Sedem Aplicam Vicariatum Africae Centralis anno 1846. erexisse, nonnullosque illuc diversarum nationum missionarios, nec non Episcopum, ductore celeberrimo P. Ryllo S. J. ex gente Polona misisse. Quum vero lacrimabilis nefastae rebellionis anni 1848. effectus S^am^ Romanam Congregationem Christiano Nomini propagando, piamque Lugdunensem ac Parisiensem Propagationis Fidei Societatem, ab ulterioribus erga istam Missionem auxiliis prohibuerint, Venerabilis Praedecessor meus Dr. Ignatius Knoblecher, ex Labaecensi Dioecesi, nulla quidem propter tantam oblivionem spe destitutus, charitate Austriae Catholicorum confisus, in Europam reversus, eximiae pietatis sensus protinus invenit in Corde magnanimo Augusti Imperatoris Nostri Francisci Josephi, qui tot tribuum innumerabiliumquc infelicissimorum Chamitorum, sub jugo Satanae gementium enixe misertus est, non solum Rmo Pro — Vicario magno elargitus est e Suo regali peculio subsidio, verum etiam Vicariatum Africae Centralis sub Suam protectionem recipere dignatus est, eumque Firmanis supremae Turcarum auctoritatis, una cum erectione Austriaci Consulatus Chartumii sedentis, tutandum curavit; Institutionemque praeclarae Societatis Marianae, vulgo, Marienverein ad subsidia in sustentataculnm Missionis colligenda, Vindobonae

fundatae, auctoritate Sua roboravit; ex quo factum est, ut Venerabiles totius Imperii Antistites saecularibus centies decies centenorum millium (100,000.000.) infidelium, quibus Vicariatus Centralis Africae constare videtur, gemitibus protinus accurrerint, ardentissimoque studio, suos cujusque subditos dioecesanos in subsidium illis gentibus adhortantes, ingentem prorsus pecuniam cumularint, et ad Ecclesiam Marianam Comitatum pro ista ingenti Missione miserint.

Ast, si Centralis Africae Missionariorum fructus magno quodam splendore in praesentiarum fulgere non videntur ob maximas illorum ministerio occurrentes difficultates; tamen non exiguos eorum sudores omnino protulerunt utilitates; et revera: Tropicum Cancri inter et, Aequatorem quatuor Catholicae Stationes secus Nilum et Album Flumen conditae sunt: mores, instituta, leges, superstitiones, indoles, et vitia plurimorum populorum cognitae sunt: vastissimae regiones exploratae pagique inventi, nec non linguae, antea ignotae, cognitae ipsis, et scientiae factae sunt, quarum duae, Dinkarum, scilicet, et Basorum populorum, ex Austriacis typis prodierunt opera et labore perillustris Professoris Mitterrutzner.

Sicut omnia opera Dei, et hoc quoque adversitates experiri coactum est et difficultates, labores maximos, quia, praeter homines, elementa quoque in id continuo objecerunt; et quod alibi crudelitas patravit hominum, hic perfecit aeris inclementia. Non decebat in hac Missione deesse labores, dolores, aerumnas, et mortem; talia enim sunt quae Opera Dei firmant, sicut de mundi Redemptore, de Ecclesia, de praeclarissimis Ecclesiae Institutis, et de Missionibus Apostolicis omnino factum est.

Sed numquid difficultates, cujuscumque generis, persecutiones atroces, imo et mortes crudeles fuerunt aliquando impedimenta insuperabilia Apostolis Christi? Nonne ubi majora fuerunt impedimenta, ibi gloriosiora fuere Apostolorum certamina et trophea? Nonne sacrificium est pretium redemptionis, et sanguis Martyrum semen Christianorum? Hoc accidit, Illme ac Rme Praesul, de missione Centralis Africae. Ceciderunt fortes; sed alios Divina Providentia suscitavit, quorum ultimum verbum, a Charitate Christi inspiratum, erit semper hoc: *Aut Nigritia, aut Mors.* Quapropter ejusdem Providentiae Divinae dispositione, Verone Instituto Missionum pro Nigritia et Cairo in Aegypto duobus aliis Collegiis masculino uno, altero feminino, clero indigeno educando artium disciplinis indigenis imbuendis, nec non Missionariis Europeis climati interioris Africae magis idoneis redigendis, suscitatis; SSmus Dnus Noster Pius Papa IX, audita sententia S Congregationis Christiano Nomini Propagando in Generalibus Comitiis die 21. Maii hujus anni ad Vaticanum edita, totum Vicariatum Africae Centralis regimini Sacerdotum Veronensis Instituti Missionum pro Nigris credendum esse decrevit; meque, quamquam indignum, huic arduae laboriosissimaeque Missioni cum Pro — Vicarii Apostolici munere et facultatibus praeficere dignatus est.

Quibus peractis, Emus Cardinalis Barnabo, Generalis Praefectus S. C. de Propaganda Fide, litteras ad societatem Marianam Vindobonensem misit, quibus hanc enixe hortabatur,

ut conatus multiplicaret ad subsidia undequaque vastissimi Imperii Austro — Hungarici in auxilium Missionis hujusmodi colligenda.

En igitur, Amplissime Praesul, ante conspectum Tuum hanc Nigritiam infelicissimam sedentem in tenebris, abeuntem in devia, in praerupta labentem, sine lumine, sine fide, sine Deo. Agitur *de salute totius Africae Centralis, quae decimam partem totius generis humani comprehendit*, quaeque Europae totius ambitum amplitudine superat. En ante Te amplissimam difficillimamque inter omnes totius Orbis terrarum missionem, quae a Tropico Cancri usque ad duodecimum gradum latitudinis Australis se extendit, quaeque gloriosi Imperatoris Nostri vexilli protectione gaudet. Eja, Excme Praesul, per viscera Jesu Christi causam hanc suscipere dignare, et dum nos pro ista vinea derelicta, sudoribus, opere, et sanguine adlaboramus Tu hortare, piissimos Tuae Dioeceseos fideles ad preces fundendas, et ad subsidia et elemosynas elargiendas pro Africae Centralis missionibns, illasque ad Viennensem Marianam Societatem mittere dignare, quae suis annalibus de laboribus et peregrinationibus nostris, et de populorum Africarum Conversione Te, Tuosque dilectos Dioecesanos, faciet certiores.

Paucis inter diebus Cairo proficiscar Centralis Africae dissitas regiones versus cum manipulo Missionariorum, Monialium, et artium cultorum, qui jam hoc clima experti, interioris Nigritiae climati severiori, assueti tenentur; et sic adimplebitur aliquo modo quod dictum est per Divinum eloquium: *Venient legati ex Aegypto, Aethiopia praeveniet eos.*

Tibi humillime causam hanc ad Tua genua provolutus enixe commendat, a grato animo in Cordibus Jesu ac Mariae sese subscribit.

Excellentiae Tuae Rmae

Humilmum Obsequentissimum Famulum
Danielem Comboni Pro — Vicarium Aplicum
Africae Centralis.

Nr. pr. 81.

Confessariis pro memoria et directione.

Ad quaestionem, utrum liceat quandoque simplici Confessario a casibus Nobis reservatis absolvere, respondemus.

Non raro obvenit, quod conjuges jam post consummatum matrimonium imo et post aliquot annos convivii matrimonialis confiteantur, se cum aliquo impedimento matrimonium iniisse, vi cujus quam plurimi confessarii ad Sedem Nostram concurrunt facultatem absol-

vendi aut dispensandi exorantes. Ne itaque casus ejusmodi iterenter Confessariis pro memoria et observatione sequentia communicamus:

Anno Domini 1857. die 30. Septembris Currendae IX. Nr. 2861. sub Nr. 2488. sequentia occurrunt: „Quod conceruit absolutionem mulieris partui proximae, tum sponsorum ante ipsam copulationem, nec non neoconversi haeretici, post emissam professionem fidei, primario confitentis, si hi peccatis, Sedi Nostrae reservatis innodati existerent, et copia alterius confessarii, facultate a casibus reservatis pollentis praesto non adesset, cuilibet sacerdoti consueta jurisdictione gaudenti, tales absolvendi facultatem in Domino impertimur“ Quod statutum ad promovendam animarum salutem taliter immutamus.

Mulier partui proxima confitens, si deesset tempus recurrendi ad Nos, vel alium sacerdotem facultate hac provisum ob imminens probabile periculum a simplici confessario absolvi potest injuncta obligatione, ut cessante periculo peccata denuo coram competente confessario confiteatur.— De neoconverso haeretico prima vice post emissionem fidei confitente nullum potest moveri dubium, praesertim cum una cum facultate absolvendi ab haeresi concedamus curatoribus eandem etiam absolvendi a casibus Sedi Nostrae reservatis, si fors iisdem gravatus contingat.—Quod attinet absolutionem sponsorum ante ipsam copulationem volumus, ut animarum curatores sponsos admoneant ad confessionem ante primam bannorum proclamationem faciendam. Tali modo detecto casu Sedi Nostrae reservato aut aliquo impedimento occulto Matrimonium dirimente tempus supererit ad Nos vel ad Curiam Romanam recurrendi et consequenter multa mala praepedientur, quae alias essent eventura. Quodsi tamen necessitatis casus evenerit, e. g. si quis neglecta admonitione sui curati, vel accepta a Nobis dispensatione a duabus proclamationibus aute ipsam copulationem confitens, aliquo ex peccatis Nobis reservatis innodatus inveniatur, ut scandalum aut infamia vitetur, absolvi indirecte potest, injuncta tamen obligatione, ut cessante impedimento sese Nobis vel alii sacerdoti hac facultate gaudenti praesentaret ad absolutionem directe obtinendam. Ratio est, quia cum Conc. Tridentinum dixerit, reservationem esse **in aedificationem, non in destructionem**, necessitatis casum merito praesumitur superiorem excepisse. Quia tamen Tridentinum declaravit, Confessarios simplices „extra articulum mortis nihil posse in reservatis, ideo dicendum in hoc memorato necessitatis casu absolutionem nonnisi **indirecte** tribui Cfr. Conc. Trid. sess. 14. cap. 7.

Id communiter tenent theologi, prout Concina, Elbel, Layman, Salmanticenses, Suarez, Vasquez, Wigandt, Viva et alii: et hoc quidem, quamvis peccatum sit reservatum cum excommunicatione.

Tarnoviae die 23. Aprilis 1873.

N. 804.

Libri prohibiti.

Sacra Congregatio Indici librorum prohitorum praeposita nuper edidit decretum tenoris sequentis:

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX. *Sanctaqua Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico vaticano die 23. Septembris 1872., damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandat et mandavil quae sequuntur Opera.*

Die Macht der römischen Päpste über Fürsten, Länder, Völker und Individuen etc. — *Latine vero:* Potestas Romanorum Pontificum in Principes, Regna, populos, singulos homines juxta ipsorum doctrinas et actus ad rite extimandam eorum infallibilitatem, illustrata a Dre. Joh. Frid. Equite de Schulte O. P. Professore Canonici et Germanici Juris in Universitate Pragensi, Pragae 1871. apud F. Tempsky. *Decret S. O. Feria IV. die 15. Martii 1871.*

Haeresis Honorii et Decretum Vaticanum de Infallibilitate Pontificia Auct. Prof. Emilio Ruckgaber. *Decr. S. O. Feria IV. die 26. Aprilis 1871. Auctor laudabiliter se subjecit* et opus reprobavit.

Ist die Lehre von der Unfehlbarkeit des Römischen Papstes katholisch? Vou Wenzel Joseph Reichel Wien, 1871. — *Latine vero*: Doctrina de Infallibilitate Romani Pontificis estne catholica? auctore Wenceslao Josepho Reichel. Viennae 1871. *Decret. S. O. Feria V. die 22. Junii 1871.*

Die Stellung der Concilien, Päpste und Bischöfe, vom historischen uud kanonischen Standpunkte; und die päpstliche Constitution vom 18. Juli 1870 mit Quellenbelegen. — *Latine vero:* Jura Conciliorum RR. Pontificum et Episcoporum ex historicis et canonicis fontibus expensa; atque pontificia Constitutio 18. Julii 1870. cum documentis probantibus, Auctore J. Equite de Schulte, ord. professore Canonici et germanici juris in Universitate Pragensi. Pragae 1871. apud F. Tempsky. *Decret. S. Off. Feria IV. 20. Septembris 1871.*

Das Unfehlbarkeites-Decret vom 18. Juli 1870. auf seine Verbindlichkeit geprüft *Latine vero:* Decretum 18. Juli 1870. de infallibilitate atque ejusdem ecclesiastica vis obligandi in examen vocatur: Opusculum editum a Dre J. F. Equite de Schulte etc. Pragae 1871. apud F. Tempsky (auctor anonymus). *Eod. Decr.*

Denkschrift über das Verhältniss des Staates zu den Sätzen der päpstlichen Constitution vom 18. Juli 1870., gewidmet den Regierungen Deutschlands und Oesterreichs. — *Latine vero*: Memorandum de relatione status ad sententias Constitutionis Pontificiae 18. Juli 1870.

dedicatum guberniis Germaniae et Austriae a Dre J. F. Equite de Schulte etc. Pragae apud Frid. Tempsky 1871. *Eod. Decr.*

Die Unvereinbarkeit der neuen päpstlichen Glaubensdecrete mit der bayerischen Staatsverfassung. — *Latine vero:* Novorum decretorum fidei a R. Pontifice editorum inconciliabilis pugna adversus constitutionem Bavaricam demonstrata a Dre Josepho Berchtold extraordi professore Juris in Universitate Monachiensi. Monachii 1871. *Eod. Decr.*

Katholische Kirche ohne Papst. — *Latine vero*: Ecclesia Catholica sine papa. auctore Thomas Braun Sac. Dioecesis Passaviensis Monachii 1871. *Eod. Decr.*

Sendschreiben an einen deutschen Bischof des vaticanischen Concils von Lord Acton. — *Latine vero*:

Epistola ad unum ex Episcopis Germanis Vaticani Concilii missa a Domino Acton Nordlingae 1870. *Eod. Decr.*

Zur Geschichte des vaticanischen Concils von Lord Acton. — *Latine vero.* — Ad Historiam Concilii Vaticani, auctore Domino Acton. Monachii 1871. *Eod. Decr.*

Das vaticanische Concil mit Rücksicht auf Lord Acton's Sendschreiben und Bischof v. Ketteler's Antwort kritisch betrachtet. — *Latine vero*: Concilium Vaticanum in relatione ad Epistolam Domini Acton et ad responsionem Episcopi de Ketteler critice consideratum a Dre. Eberhardo Zirngiebel, Monachii 1871. *Eod. Decr.*

Tagebuch, während des vaticanischen Concils, geführt von Dr. F. Friedrich, Professor der Theologie, etc. — *Latine vero*: Diarium tempore Concilii Vaticani, exaratum a Dre F. Friedrich Prof. Theologiae etc. Nordlingae 1871. *Eod. Decr.*

Kleiner katholischer Katechismus von der Unfehlbarkeit: Ein Büchlein zur Unterweisung, von einem Vereine katholischer Geistlichen. — *Latine vero*: Parvus Catechismus Catholicus de infallibilitate: libellus ad instructionem conscriptus a societate Catholicorum Ecclesiasticorum, Coloniae et Lipsiae 1872. *Decret. S. O. Feria IV. 31. Julii 1872*

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE IX. *per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis,* SANCTITAS SUA *Decretum probavit, et promulgari praecipit. In quorum fidem etc.* *Datum Romae die 1. octobris 1872.*

ANTONINUS Card. DE LUCA Praefectus.

Fr. Vincentius M. Gatti Ord. Praed.

S. Ind. Congreg. a Secretis.

Hujus itaque decreti tenorem in Dioecesi nostra hisce publicamus.

Tarnoviae 20. Februarii 1873.

N. 1402.

Communicamus Vobis sequens normale pro stricta observantia in casibus obvenientibus, ne tantam poenam in curratis.

Według odezwy c. k. komendy obrony krajowéj z d. 26. marca 1873. l. 1079. wydarzają się wypadki iż wcieleni do obrony krajowéj nie wyszedłszy *jeszcze z trzeciéj klasy wieku popisowego zawierają śluby małżeńskie* bez zezwolenia przynależnéj władzy.

Ponieważ wedle §. 45. ust. wojsk. współwinni nieprawnie zawartego małżeństwa mogą być zasądzeni *na grzywnę 500 złr.* zechce przewielebny Konsystorz zwrócić uwagę duszpastérzy na skutki takiego postępowania, gdyby się do nieprawnie zawartego ślubu małżeńskiego przyczyniali.

We Lwowie dnia 3. kwietnia 1873. L. 16.353.

Tarnoviae die 17. Aprilis 1873.

Mutationes inter Venerabilem Clerum dioecesanum

inde a 1. Octobris 1872. usque ad 31. April. 1873.

9. Octobris 1872. N. 3630. Clarissimus Constantinus **Maniewski**, institutus pro beneficio in Zassów.

11. dtto N. 3669. R. Adamus **Słotwiński**, Coop. in Zbyłtowska Góra, translatus qua talis ad Siepraw.

15. dtto N. 161/pr. Reverendissimus Henricus **Matzke**, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, nominatus a Consilio Consistorii Tarnov.

16. dtto N. 3589. Clarissimus Constantinus **Maniewski**, Curatus in Zassów, nominatus Vice-Decanus Radomyślensis.

dtto dtto A. R. Thomas **Turza**, Curatus in Zdzarzec, nominatus Notarius decanal. Radomyślensis.

19. dtto N. 3766. R. Emericus **Freisler**, emeritus Capellanus castr., constitutus Administrator in Nawojowa.

25. dtto N. 3707. R. Franciscus **Karakulski**, Administrator in Strzelce wielkie, constitutus Administrator in Ujście solne.

dtto N. 3843. R. Ladislaus **Karczyński**, institutus pro beneficio in Strzelce wielkie.

28. dtto N. 3888. R. Joannes **Wajda**, Coop. in Jeleśnia, constitutus Administrator in Żywiec.

30. dtto N. 3936. R. Stanislaus **Warchałowski**, Coop. in Zakluczyn ad Dunajec, translatus in eadem qualitate ad Kolbuszowa.

30.	Octobris 1872.	N. 3936.	R. Severinus **Paszkowski**, Presbyter extra dioecesanus, applicatus qua Coop. in Zakluczyn ad Dunajec.
	dtto	N. 3925.	S. Franciscus **Bryg**, Administrator in Kasina, applicatus qua Coop. in Jeleśnia.
	dtto	dtto	R. Sebastianus **Balcarczyk**, institutus pro beneficio in Kasina.
31.	dtto	N. 3916.	A. R. Antonius **Wikar**, Curatus in Jasień, nominatus Decanus Brestensis.
6.	Novemb. 1872.	N. 4019.	R. Eugenius **Wolski**, Coop. in Zdzarzec, translatus qua talis ad Zgórsko.
9.	dtto	N. 4040.	A. R. Franciscus **Jaworski**, Parochus in Nawojowa, institutus pro beneficio in Grybów.
12.	dtto	dtto	R. Antonius **Żądło**, Administraior in Grybów, applicatus qua Coop. ad Zawada.
27.	dtto	N. 4251.	R. Paulus **Jende**, institutus pro beneficio in Żeleźnikowa.
3.	Decemb. 1872.	N. 188/pr.	A. R. Josephus **Rafacz**, Curatus in Olszówka, condecoratus Expositorio canonicali.
5.	dtto	N. 4267.	R. Ludovicus **Rudnicki**, Coop. in Zabierzów, translatus qua talis ad Zdzarzec.
10.	dtto	N. 4372.	R. Vincentius **Komorowski**, Administrator in Maków, translatus qua talis ad Osielec.
16.	dtto	N. 4437.	R. Andreas **Smoleń**, Coop. in Radgoszcz, translatus in eadem qualitate ad Niedźwiedź.
	dtto	dtto	R. Mathias **Miętus**, e Niedźwiedź ad Siepraw.
23.	dtto	N. 120/pr.	Illustrissimus, Reverendissimus ac Clarissimus Protonotarius Apostolicus Michaël **Król**, institutus Scholasticus.
	dtto	N. 4527.	R. Andreas **Buś**, Coop. in Andrychów, constitutus Administrator in Uszew.
	dtto	dtto	R. Mathias **Warmuz**, Coop. in Uszew, translatus ad Andrychów.
24.	dtto	N. 4425.	A. R. Theodatus **Graczyński**, Curatus in Jawornik, nominatus Vice-Decanus Myślenicensis.
	dtto	dtto	A. R. Antonius **Opidowicz**, Curatus in Trzebunia, nominatus Notarius Myślenicensis Decan.
31.	dtto	N. 4559.	R. Josephus **Pachoński**, Coop. in Mszana, translatus qua talis ad Neoforum.
	dtto	dtto	R. Vincentius **Jankowski**, e Neoforo ad Mszana.
2.	Januarii 1873.	N. 1.	A. R. Henricus **Lipnicki**, institutus pro beneficio in Maków.

14. Januarii 1873. N. 8/pr. A. R. Josephus **Smetana**, Curatus in Pisarzowa, condecoratus Expositorio can.

21. dtto N. 7/pr. A. R. Josephus **Hudzicki**, Curatus in Kamienica, condecoratus Exposit. can.

23. dtto N. 314. R. Josephus **Kosiński**, Coop. in Żywiec, nominatus Vicarius Cathedralis.

30. dttu N. 381. A. R. Joannes **Szeligiewicz**, Curatus in Barcice, nominatus Notarius Decanal. Vet. Sandecensis.

dtto dtto A. R. Josephus **Zieliński**, Curatus in Tylicz, nominatus Vice-Decanus Vet. Sandecensis.

31. dtto N. 486. R. Franciscus **Jamiński**, Coop. in Cięcina, translatus qua talis ad Żywiec.

1. Februarii 1873. N. 81. A. R. Antonius **Wieroński**, Vicarius Cathedralis, nominatus Catecheta scholae subrealis Tarn. ac Professor Catecheticae nec non Methodicae in Seminario dioecesano Tarnoviensi.

dtto N. 485. A. R. Andreas **Gruszka**, institutus pro beneficio in Nawojowa.

3. dtto dtto R. Emericus **Freisler**, Administrator in Nawojowa, constitutus Administrator in Tylmanowa.

18. dtto N. 780. R. Georgius **Glatz**, Coop. in Dobczyce, applicatus qua Coop. exposit. ad Izdebnik.

dtto dtto R. Josephus **Zychowicz**, Coop. exposit. in Izdebnik, translatus ad Dobczyce.

21. dtto N. 825. R. Josephus **Ogonkiewicz**, Coop. in Witkowice, translatus ad Trzciana.

27. dtto N. 911. R. Stanislaus **Lewandowski**, Coop. in Skawina, constitutus Administrator ibidem.

4. Martii 1873. N. 970. R. Josephus **Migdał**, Coop. in Skrzyszów, translatus qua talis ad Brzésko.

dtto N. 949. R. Thomas **Czapela**, Coop. in Sucha, constitutus Administrator ibidem.

5. dtto N. 965. R. Jacobus **Matura**, Coop. in Wieprz, translatus ad Szaflary.

dtto dtto R. Antonius **Kudasik**, e Szaflary ad Wieprz.

6. dtto N. 987. A. R. Michäel **Jurkowski**, Vicarius Cathedralis, institutus pro Osielec.

dtto N. 1005. R. Jacobus **Zych**, Coop. in Krzęcin, translatus ad Zabierzów.

7. Martii 1873. N. 1000. R. Antonius **Żądło**, Coop. in Zawada, translatus qua talis ad Pilzno.

8. dtto N. 963. R. Thomas **Jurgowski**, Coop. in Szaflary, constitutus Administrator in Maniowy.

dtto N. 987. R. Vincentius **Komorowski**, Administrator in Osielec, translatus qua Coop. ad Zawoja.

dtto dtto R. Franciscus **Banaś**, Coop. in Zawoja, nominatus Vicarius Cathedralis.

17. dtto N. 1112. R. Joannes **Szaflarski**, institutus pro beneficio in Tylmanowa.

20. dtto dtto R. Petrus **Ciszek**, Coop. in Borowa, translatus in eadem qualitate ad Lipnica murowana.

21. dtto N. 1241. R. Franciscus **Karakulski**, Administrator in Ujście solne, transfertur qua talis ad Trzciana.

26. dtto N. 1181. R. Franciscus **Dolinaj**, Coop. in Milówka, translatus qua talis ad Międzybrodzie.

27. dtto N. 1211. R. Joannes **Wajda**, Administrator in Żywiec, translatus qua talis ad Jawiszowice.

29. dtto N. 1121. R. Jacobus **Przybyło**, institutus pro beneficio in Rzezawa.

31. dtto N. 1239. A. R. Macarius de **Maniecki**, institntus pro beneficio in Żywiec.

dtto N. 1241. A. R. Cyprianus **Netuschill**, Cancellarius Consistorialis, institutus pro beneficio in Ujście solne.

2. Aprilis 1873. N. 1260. Reverendissimus Canonicus Gremialis Tarnoviensis Joannes Baptista **Rybarski**, institutus pro beneficio in Tuchów.

3. dtto N. 1269. R. Alexander **Gajdecki**, Administrator in Tuchów, applicatus Coop. ibidem.

4. dtto N. 1296. Reverendissimus Mathaeus **Waluszak**, institutus pro beneficio in Zabierzów.

dtto N. 1297. A. R. Laurentius **Marchoń**, institutus pro beneficio in Muszyna.

15. dtto N. A. R. Stanislaus **Walczyński**, Vice-Rector Seminarii dioecesani, nominatus Cancellarius Consistorialis.

17. dtto N. 1424. R. Josephus **Ogonkiewicz**, Coop. in Trzciana, translatus qua talis ad Brzezie.

dtto dtto R. Antonius **Grzybczyk**, e Brzezie ad Skrzyszów.

25. dtto N. 1514. R. Andreas **Nowotarski**, Coop. in Głąbowice, translatus qua talis ad Milówka.

25. Aprilis 1873. N. 1515. R. Henricus **Hradeczny**, Coop. in Myślenice, translatus qua talis ad Głąbowice.

dtto **N. 1516.** R. Laurentius **Solak**, Coop. in Szczepanów, translatus in eadem qualitate ad Myślenice.

Wykaz rzeczy sprawionych przy plebanii w Budzowie, Dekanatu Myślenickiego od czasu postawienia tejże do roku 1873.

1) Wystawienie plebanii w drodze knnkurencyi wartości 1717. złr. 45 cent. 2) Stajnie dla krów i koni w drodze konkurencyi wartości 104. złr. 11. cent. 3) Płoty około ogrodów w drodze konkurencyi wartości 102. złr. 25. cnt Państwo dało materyał. 4) Drzwi do ogrodów sprawił ks. pleban wartości 6. złr. 10. cnt. 5) Dranki koło obory sprawił ks. pleban wartości 35. złr. 48. cnt. 6) Dwie drabiny sprawił ks. pleban wartośc 3. złr. 90. cnt. 7) Rynny koło plebanii sprawił ks. pleban wartości 5. złr. 20. cnt. 8) Chlewy i kurniki sprawił ks. pleban wartości 26. złr. 9) Przepierzenie w sieni sprawił ks pleban 8. złr. 60. cnt. 10) Malowanie plebani zapłacił ks. pleban 48. złr. 11) Drewutnię i stodołę sprawił ks. pleban wartości 166. złr. 40. cnt. 12) Studnię z wiadrem i kołem sprawił ks. pleban 42. złr. 69. cnt. 13) Przymurowanie komina sprawił ks. pleban wartości 10. złr. 20. cnt. 14) Kanały sprawił ks. pleban wartości 45. złr. 10. cnt 15) Szafkę na akta parafialne sprawił ks. pleban wartości 7. złr. 10. cnt. 16) Przepierzenie strychu i półki sprawił ks. pleban wartości 20. złr. 12. cnt. 17) Przemurowanie piwnicy sprawili parafianie wartości 12. złr. 40. cnt. pleban dodał 2 złr. 40. cnt. 18) trzy piece w pokojach sprawili parafianie wartości 45. złr. 19) Podłoga i ściany naprawa sprawili parafianie wartości 35. złr. materyał dał Patron. 20) Dach na stajnie i dylowanie sprawili parafianie wartości 65. złr. 40. cnt. pleban zapłacił połowę. 21) Piecyk i blachy w kuchni sprawił ks. pleban wartości 15. złr. 48. cnt. Suma 2521. złr. 98. cnt.

Prócz tego ks. pleban posadził w ogrodach własnym kosztem drzewka owocowe uszlachetnione; staraniem jego obsadzono cmentarz żywem płotem i Patron na przedstawienie jego powiększył ogród dla plebana i odznaczył blisko 1 ½ morga pola jako darowiznę na wieczne czasy pod szkołę i organistówkę.

Ciąg dalszy.

1) Kościół drewniany w drodze konkurencyi wartości 7191. złr. 91. cnt. 2) Wielki ołtarz z obrazem św. Henryka w drodze konkurencyi wartości 838. złr. 71. cnt. 3) Ambona w drodze konkurencyi wartości 173. złr. 15. cnt. 4) Organów naprawa w drodze konkurencyi wartości 264. złr. 64. cnt. Maków darował stare. 5) Szafa do zakrystyi i

słuchalnica w drodze konkurencyi wartości 65. złr. 39. cnt. 6) Obraz pocieszenia N. M. Panny sprawił W. ksiądz karmel. bosy Benedykt Parszywka wartości 175. złr. 7) Kielich z pateną sprawił dtto wartości 65. złr. 50. cnt. 8) Ornat białego koloru sprawił dtto wartości 50. złr. 9) Dzwonek sygnaturkę sprawił dtto wartości 12. złr. 50. cnt. 10) Obraz N. P. M. sprawił dtto wartości 8. złr. 11) Mszał stary sprawił W. ksiądz Jędrzej Kowalczyk wartości 4. złr. 12) Dwa pająki szklanne sprawili Jan Radwan Józef Ryszawy wartości 146. złr. 75. cnt. 13) Kielich z pateną sprawił Jakób Suwaj wartości 38. złr. 14) Mszał i kanony sprawił W. ksiądz Wojciech Guzik wartości 14. złr. 35. cnt. 15) Trybularz i łutka sprawili Budzowianie wartości 15. złr. 16) Dwa kociołki miedziane sprawił Piotr Spiewla 2. złr. 20. cnt.

Od czasu nastania plebana i staraniem jego.

17) Dwa wielkie dzwony ze składek 750. złr. 60. cnt. 18) Upiększenie wielkiego ołtarza ze składek 146. złr. 80. cnt. 19) Podsiębitka w kościele ze składek 187. złr. 20 cnt. 29) Sygnaturkę sprawili Budzowianie wartości 70. złr. 36. cnt. 21) Szpanowanie kościoła dali zrobić parafianie wartości 115. złr. 30. cnt. 22) Obicie 8mi słupów sprawili parafianie wartości 16. złr. 24. cnt. 23) Liny i sznury sprawili parafianie wartości 6. złr. 22. cnt. 24) 14 ławek (dwie modrzejowe) sprawił Patron wartości 107. złr. 25) Marmurowa chrzcielnica ze składek wartości 148. złr. 15. cnt. 26) Dwa boczne ołtarze ze składek wartości 630. złr. 27) Obraz św. Józefa sprawili Zembrzycanie wartości 30. złr. 28) Obraz św. Antoniego sprawił W. ks Antoni Heer wartości 28. złr. 29) Obraz P. Jezusa ukrzyżowanego sprawił Jan Swierk wartości 31. złr. 50. cnt 30) Obraz św. Jana z Maty sprawił W. ks. Jan Polończyk wartości 32. złr. 20. cnt. 31) Obraz św. Anny sprawił Jan Fuja wartości 15 złr. 32) Obraz św. Floryjana sprawił Szczepan Fuja wartości 15 złr. 33) Obraz M. Boskiej Częstochowskiej sprawił Marcin Klimala wartości 12. złr. 34) Feretron N. P. Maryi sprawił Jan Marszałek wartości 60. złr. 35) Feretron św. Anny sprawili Budzowianie wartości 32 złr. 36) Obraz Zwiastowania N. P. Maryi sprawili z Zebrzydowic wartości 12. złr. 37) Stopnie do bocznych ołtarzy sprawił ks. pleban wartości 4. złr. 50. cnt 38) 3 Portatilija sprawił ks. pleban wartości 21. złr. 39) Katafalik i trumnę sprawił ks. pleban wartości 15. złr. 50. cnt. 40) Drabinę na chór sprawili parafianie wartości 1. złr. 41) P. Jesusa na tęczę sprawił Jan Radwan wartości 20 złr. 42) Stacyje do kościoła sprawił Michał Kurek wartości 10. złr. 43) Krzyż na procesyje sprawił Józef Marszałek wartości 6. złr. 44) 16. Lichtarzy drewnianych sprawili Budzowianie wartości 16. złr. 80. cnt. 45) 8 Lichtarzy drewnianych sprawił ks. pleban wartości 8. złr. 46) Formę do pieczenia opłatków sprawił ks. pleban wartości 45. złr. 50. cnt 47) Forma do wycinania komunikantów sprawił ks. pleban wartości 35. cnt 48) P. Jezusa Zmartwychwstałego sprawił Marcin Magdziak wartości 14. złr. 10. 49)

Monstrancyję sprawił Rak Michał i Agnieszka Pieczara wartości 120 złr. ks pleban dodał 20. złr. 50) 2 sztandarki sprawili Budzowianie wartości 31. złr. 51) Puszka na Sanctissimum ze składek wartości 45. złr. 52) Vascula pro oleis S sprawił ks. pleban wartości 5 złr. 20. cnt. 53) Patenę do chorych sprawił ks pleban wartości 8 złr. 30. cnt. 54) Krzyżyk na boczny ołtarz sprawił ks. pleban wartości 2. złr. 40. cnt 55) Kropielniczkę przy zakrystyi sprawił ks. pleban wartości 1. złr. 84. cnt. 56) 2 kropielniczki w Babińcu sprawili Baczynianie wartości 12. złr. ks. pleban dodał 60. cnt. 57) Ławki 2 w Babińcu sprawił ks. pleban wartości 1. złr. 20. cnt. 58) Skarbonkę z okuciem sprawił ks. pleban wartości 1. złr. 80. cnt 59) Stopnie w zakrystyji i klęcznik sprawił ks. pleban wartości 3. złr. 70. cnt 60) Praeparatorium ad Missam sprawił ks. pleban wartości 1. złr. 10. cnt. 61) Paschał sprawił ks pleban wartości 12 złr. 62) Ampułki szklanne i lampy sprawił ks· pleban wartości 6. złr. 80. cnt. 63) Kanony na boczne ołtaze sprawił Wojciech Turek i żona wartości 16. złr 20. cnt. 64) Krzyż na wielki ołtarz sprawił W. ksiądz Wincenty Komorowski wartości 5. złr. 20. cnt. 65) Ampułki i tace cynowe sprawili Budzowianie wartości 2. złr. 50 cnt. 66) 2 tacki błaszane sprawił Michał Kurek wartości 60. cnt. 67) Lampnik sprawili Budzowianie wartości 4. złr. 20. cnt. 68) Pacifikale sprawił Jan Marszałek wartości 6. złr. 69) 3 małe dzwonki i dzwonek przy zakrystyi sprawili Budzowanie 6. złr. 80. cnt 70) Krzyż nad babińcem sprawił Piotr Spiewla wartości 8. złr. 50. cnt. 71) Krzyż na ścianę kościoła sprawił Jakób Wadowski 2. złr. 40. cnt. 72) Sukienkę na puszkę, obrusek na ołtarz, stułę białą, 2. korporały, 4. purificatoria sprawiła J. W. hr. Małachowska z Krakowa wartości 6. złr. 73) Ornat biały, albę, poduszkę, obrus, taśmę do dzwonka sprawiła W. P. Teofila Znamięcka wartości 80. złr. 20. cnt. 74) Obrus płucienny sprawiła W. P. Ciesielska wartości 6. złr. 20. cnt. 75) Obrus płucienny sprawiła P. Felklowa wartości 4. złr. 60. cnt. 76) 2. obrusy płucienne sprawił ks. pleban wartości 6. złr. 77) Welon, kwiaty na swiece i 2. poduszki na ołtarz sprawiła P. Amalija Sigler wartości 4. złr. 78) Obrus, kwiaty na swiece sprawił Franciszek Frosztęga! wartości 5. złr. 20. cnt. 79) Ceratę i przykrycia na ołtarze sprawił ks. pleban wartości 7. złr. 30. cnt. 80) 2. ornaty czerwonego koloru, 2 alby, stułę i różne inne rzeczy potrzebne do służby bożéj ofiarowały osoby nie chcące być wymienione wartości 68. złr. Ofiarowane przez ręce W. Józefa Kutrzebę, prałata z Niepołomic. 81) Kapę białą starą i mszał ofiarował W. ks. Mikosz wartości 16. złr. 82) Ornat koloru zielonego sprawili Skawinianie wartości 13. złr. 83) Bursę do chorych sprawili Budzowianie wartości 1. złr. 84) Sterkawkę sprawili Budzowianie wartości 1. złr. 85) Szutrowanie i darniowanie cmentarza kościelnego zapłacili parafianie 35. złr. 24. 86) Ornat czerwony nowy sprawił ks. pleban wartości 44. złr. 87) 8. Ornatów starych dał odnowić ks. pleban wartości 60. złr. 58. cnt. 88) 2. Kapy sprawił ks. pleban wartości 34. złr. 89) Albę i 3. paski sprawił ks. pleban wartości 16. złr. 55. cnt. 90) Bursę sprawił ks. pleban wartości 5. złr. 10. cnt. 91) 4. korporały 8. pu-

rificatorium sprawił ko. pleban wartości 1. złr. 40. cnt. 92) 4. stuły różnego koloru sprawił ks. pleban wartości 2. złr. 10. cnt. 93) Mszał żałobny sprawił ks. pleban wartości 1. złr. 50. cnt. 94) 7. ręczników sprawił ks. pleban wartości 3. złr. 12. cnt. 95) Pieczątkę parafialną sprawił ks. pleban wartości 4. złr. 60. cnt. 96) Księgi parafialne sprawił ks. pleban wartości 6. złr. 90. cnt. 97) Ławeczkę w zakrystyi sprawił ks. pleban wartości 80. cnt. 98) Ławeczkę na chór sprawił Piotr Górecki wartości 1. złr. 99) Zasadzenie drzew koło kościoła zapłacili państwo 6. złr. 100) Albę sprawiła osoba nie chcąca być wymienioną wartości 12. złr. 101) Kluczyki do kurendy sprawił ks. pleban wartości 35. cnt. Suma 12,430 złr.

Prócz tego pleban sprawia ze swojej szczupłej pensyi 225. złr. 70 cnt. w. a. potrzebne światło do kościoła, opędza koszta prania bielizny kościelnej i ponosi różne inne wydatki, których parafianie dla swego ubostwa ponosić nie mogą.

Budzów dnia 1. Stycznia 1873.

Ks. Jan Polończyk,
pleban.

Spis rzeczy od 1. Sierpnia 1871. aż do 10, Grudnia 1872. przy kościele w Bieńkówce sprawionych.

1. Najprzód ołtarz wielki ukończony i poświęcony przez Wielebnego ks. Zdrzelskiego z Lanckorony. 2. Paschał nowy kupił ks. proboszcz za 7. złr. 3. Plebania cała zewnątrz i wewnątz wybielonia z dwoma odzwiami do sieni już wypadającemi z muru, poprawiane. zamurowane, kosztem ks. proboszcza za 6. złr. 4. Stodółka mała już waląca się także kosztem własnym ks. proboszcza zreperowana, na co wydał: a) słoma na stodołkę 1. złr. 50 cnt. b) gonty 9. złr. 10. cnt. c) gwoździe 1. złr. 38. cnt. d) robotnik 1 złr. 60 cnt. e) pomocnik 50. cnt. 5. Piwnica całkiem zdezelowana, a teraz na nowo z fundamentu zreperowana kosztem ks. proboszcza na co wydał, jak następuje: a) tarcic 7. po 60. cnt. na skrzynię, na ziemniaki, razem 4. złr. 20. cnt. b) robotnik 80. cnt. c) zawiasy do drzwi w piwnicy 30. cnt. d) legary pod skrzynię w piwnicy 1. złr. 60. cnt. 6. Trzy półki w piwnicy z pięterkami, na które wyszło 18. tarcic, po 32. cnt. w. a. razem złr. 5. 76. cnt. 7. Robotnik 1½ dnia dziennie 80. cnt. razem 1. złr. 20. cnt. 8. Drzwi do piwnicy, skobel 1. złr. 9. Rynna do sypania ziemniaków do piwnicy 40. cnt. 10. Robotnik od drzwi i rynny 50. cnt. Suma 42. złr. 84. cnt. w. a.

Staraniem proboszcza miejscowego, i zachęceniem dnia 6. października 1872. sprawiono 3. obrusy nowe na wielki ołtarz, z kwiatami wyrabianemi na kanwie włóczką ko-

lorową, a mianowicie: 1. Jeden obrus swoim kosztem sprawił Jan Malina z Bieńkówki, za 8. złr. 2. Drugi obrus Regina Kot z Bieńkówki, także swoim kosztem, za 8. złr. 3. Trzeci obrus także, za 8. złr. a na te składka zapowiedziana, i sam proboszcz w swoim kościele wybrał składkę, i te pieniądze uzbierał, i zapłacił. 4. Dwie poduszki na wielki ołtarz sprawił: Józef Gołuszka z Jachówki własnym kosztem, za 3. złr. 80. cnt. 5. Firanki do obrazu M. B. na wielki ołtarz sprawił swoim kosztem Wojciech Chromy z Bieńkówki za 7. złr.

Bieńkówka dnia 8. Grudnia 1872.

Ks. Wojciech Kęska,
proboszcz.

Piis ad aram precibus commendantur:

*) Paulus Kucharski, Presbyter deficiens, qui SStis moribundorum provisus, aet. a. 47. et sac. 20. in Żywiec die 22. Octobris 1872. placide obdormivit.

*) Martinus Lipka, S. T. D. et Theologiae Moralis Professor emeritus ac Parochus in Ujście Solne, qui aet. a. 38. et sac. 14. Sacramentis mor. provisus in Christi Crucifixi amplexu animam suam Creatori reddidit die 11. Octobris 1872.

*) Joannes Bapt. Dziubasik, S. T. D. Professor Dogmaticae et Juris Canonici emeritus, Curatus Praepositus Żywiecensis, qui aet. a. 66. sac. 40. Sacramentis provisus, post acerbissimos dolores et diuturnum morbum, die 25. Octobris 1872. morte justorum obiit.

*) Joannes Radoń, Coop. Exposit. in Harbutowice, qui aet. a. 37. sac. 9. Sacramentis provisus, die 8. Decembris 1872. in Christo obdormivit.

Romualdus Hrzywna, presbyter Ordinis Reformatorum in Zakluczyn ad Dunajec, qui aet. a. 58. sac. 22. die 15. Decembris Sacramentis provisus obiit.

*) Theodorus Marold, Professor Theologiae Moralis emeritus, Parochus Rzezaviensis, qui aet. a. 59. et sac. 34. Sacramentis provisus in Christi Domini amplexibus obdormivit.

Joannes Mrożek, parochus in Uszew, qui aet. a. 68. et sac. 42. Stis provisus, die 21. Decembris 1872. obiit.

Josepha Salomea Medwecka, Expriorissa Conventus Monialium Vet.-Sandeciae, quae aet. a. 65. Smtis provisa, die 3. Januarii 1873. in Domino obdormivit.

*) Michael Janiczak, parochus in Tylmanowa, qui aet. a 56. sac. 31. die 27. Januarii 1873. obiit.

Josephus Oleaczek, parochus in Skawina, qui aet. a. 69. et sac. 49. die 25. Februarii 1873. Stis provisus obiit.

*) Franciscus Ciesielski, Canonicus honor., Decanus Makov. et Parochus Suchensis, qui aet. a. 67 sac. 42. Stis provisus, die 27. Februarii 1873. in Domino obdormivit

*) Josephus Rublowicz, Coop. in Trzciana, qui aet. a 72. sac. 42. die 19. Februarii 1873. obiit.

---

*) Presbyteri hi Consociationi Presbyterorum dioecesanorum pro imploranda felici morte inscripti, commendantur precibus viventium Consodalium.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 30. Aprilis 1873.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Stanislaus Walczyński,
Cancellarius.

Tarnoviae 1873. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.